

Atthalaricus Rex apud Cassiodorum lib. 8. Variarum formula 32. Hæ manalis fontis undæ a veteribus Virgines appellatæ; ut claret ex Stratio lib. 1. Sylvar. in Balneo Etrufci, ex Martiali lib. 5. epigram. 21. & ex Cassiodoro libr. 7. varia. formula 6. ubi ita: Currit aqua Virgo sub delectatione purissima, quæ idè sic appellata creditur, quod nullis sordibus polluat: cum alia plurimarum nimietate terrena commixtione violentur, hæc ærem perpetuò serenum purissimè labens unda mentitur.

Cassiodo.

Purissimum & limpidissimum Iesum, sicut in scripturis dicitur.

Bernar. Sermon de quærente margaritam.

Limpidissimum, & Virgo Societatis doctrina.

1881 Equidem, de purissimis Jesuiticæ sanctimonie & doctrinæ lymphis locuturus, unde principium capiam, vel ubi exitum inveniam? Illud fat dicere est: Sodalitium nostrum, ut a Jesu ducit nomen, ita & originem primam & omne suum institutum, quò nullum aliud sanctius, & purius: quiddam enim mundi Magister Iesus Discipulis suis & Apostolis ad majorem Patris sui gloriam, & orthodoxæ Ecclesiæ incrementum imperavit, præscripsit, suavit; id omnino S. Pater noster Ignatius Loyolensis Instituto suo divinitus accepto, ac verè Apostolico complexus quidem est. Illud extat humano majus, ac planè divinum; tantaque Pontificum consensione ratum, ut nullà malevolorum invidiâ convelli possit, aut labefactari, sed neque invadi, nisi per Pontificiæ Majestatis, atque ad eò divinæ, humanæque contemptum. Et quavis hæc non ita essent, ut abundè tibi claret, quàm sit perspicua, limpidà & pura Societatis nostræ sanctitas, ac diaphanâ nitelâ præstans norma vivendi Jesuitarum, satis erit oculos (nisi ægri ab invidia illi sint) in sanctissimos, clarissimosque viros propemodum infinitos, quos semper & ubique tulit hoc nostrum minimum Sodalitium, ex quo sanctissimus noster Ignatius hujus instituti signum extulit, & ad omnes heroicæ virtutes, vitamque Apostolicam nobis prævit. Nomen hæc est Religio sancta, pura, immaculata (cum Bernardo loquor nostrum indigitans Ordinem) in qua homo vivit purius, cadit raritas, surgit velocitas, irroratur frequentius, quiescit securius, moritur confidentius, remuneratur copiosius.

1882 Quid de Jesuiticæ doctrinæ puritate, & perspicuitate commemorem? Ad instar est Virginitatis aqua sub delectatione purissima currentis, nullis sordibus polluatæ, nullâ terrenâ commixtione violatæ, æremque perpetuò serenum mentientis. Cujus splendorem, ac lucem quia oculis ferre nonnulli nequeunt, vanis tantùm clamoribus inanes iras explent. Ponite, quæso, ante oculos unumquodque eorum voluminum, quæ præclari Societatis nostræ alumni typis excusa in lucem protulerunt. Longum esset enumerare singula, & minimè necessarium, quando in omnium manibus & ore versantur; quamvis sine numero sint, & integras repleant Bibliothecas. Plena illa omnia sunt rarâ in omni genere & exercitatione sapientiâ atque doctrinâ sanctâ, purâ, purissimâ, defœcatisimâ. Silente me, ipsamet loquuntur exarata volumina, quæ quidem eò spectant universa, ut oppugnentur Hæreses; ut Jesu nomen & cultus toto Orbe propagentur; ut Christianæ fidei documenta vel suaviter insinuentur, vel fortiter imprimantur humanæ cogitationi. Hoc procul dubio Societas Jesu felicis

simè assecuta est doctrinâ suâ, quâ expressâ verbo, quâ scripto consignatâ, quâ scriptorum sanctitate, & prælustri religione, conspicuâ. Cujus rei testes locupletissimos adhibeo Pontifices, Cardinales, Præsules, Reges, Principes, Imperatores, Religiosas Ecclesiæ Familias, Academias; imò infideles ipsos, & Hæreticos improbos & invidos. Quorum omnium facta, dictaque in Sodalitii nostri commendationem, accuratè congesta repereris in Imagine primi sæculi Societatis Jesu lib. 5. à cap. 9. ad 12.

1883 Subinde, non immeritò Familia nostra gratulari sibi de sanctitatis ac doctrinæ suæ puritate ac perspicuitate, hac poterit Siracidis voce c. 21. 16. Scientia sapientis tanquam inundatio (Græcè diluvium, seu ca-taclysmus) abundabit; & consilium illius sicut fons vitæ permanet. Complutes & Tigrina: veluti fons vitæ purus. Syrus; sicut aquæ vivæ. Atqui Christiana Societatis nostræ sapientia quâ diluvium est in omnes undans: quasi fons vitæ, seu vitalis lymphæ est purus, limpidus, & iter manans aquas nitelâ diaphanæ, quibus alios assidue rigat. Quò illa veniunt Iponi ad sponsam verba Cant. 4. 15. Fons hortorum: puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano, id est, de candidatione, de candore, de nivea puritate. Dictum hoc cum intuitu ad duos fontes, à quibus Jordanis facer oritur amnis: ad Phialam nimirum & Panium; quos commendant, distinguuntque Josephus, Hefysippus, Adrichomius, Serarius, & Magalhanus relati supra à n. 476. ubi statuimus, duplicem Jordanis ortum agnoscî; unum quidem occultum, ac latentem in Phiala; conspicuum verò atque patentem alterum in Panio. Occultus ille fons propriè ex rotunditate, Phiala dicitur, rotæ speciem referens. Semper autem intra ejus labia cobibetur unda, nunquam deficiens vel exuberans: ut loquitur Josephus 3. de Bello Judaico c. 18. Panium autem originatio Græca est, quam his verbis tradit Hefysichius in Lexico πανιον, λευκον, καθαρον. Panium, purum, sincerum, candidum. Et talem hunc Jordanis fontem testantur Ptolomæus in Tabulâ 4. Asiæ, Stephanus lib. de Urbibus, Massius Josue 19. Num. 40. Salmeron Prolegom. 41. à munditia nempe dictum, clarum ac manifestum.

Ecclesi. 21.

Cant. 4. 15.

Jordanis ortus à duobus fontibus puriss.

Josephus.

Hefysich.

1884 Etenim per Jordanem fluvium fluviorum omnium præstantissimum, designari arbitror redundantem Sodalitii nostri doctrinam in omnes Mundi plagas. De qua, ut reor, Isaiæ 59. 19. Et timebunt qui ab Occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis gloriam ejus. Cum venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini cogit. Sermonem hic esse de Gentium conversione, putant S. Hier. S. Cyrillus, Theodoretus & alii. Per fluvium violentum, seu oppugnantem, ut Theodotus vertit, Xaverium intelligo, & Jesuitas omnes illius sectatores in expeditione Evangelica & Gentilium traductione ad Christi regnum. Hinc mirum Iesui nomen ter augustum præ se ferentes, tartareos potestates, atque adeò ipsam oppugnantur idololatriam. Hos etiam spiritus Domini cogit. Hebraicè vexillat, signat, vel, spiritus Domini signaculum ejus, ut Aquila legit, aut attollit, exaltat, elevat; ut alii efferunt. Quæ in viros, Jesuitas Apostolicos, Gen.

Gentium conversioni addictos optime cadunt. Uti etiam ipsa Jordanis interpretatio à Beda & aliis assignata: videlicet, rivus judicii, vel fluvius judicantis; sive descensio eorum, aut, apprehensio eorum. Per eos quippe Christus Dominus populos judicavit, id est, subegit, ut illum agnoscerent legislatorem, ac Dominum; juxta illam Jesu vocem è cruce pendentis, & oculis ad Orientem spectantis, & extremas Japoniorum insulas (ut juniores aliqui ad litteram interpretantur) ad fidem invitantis Isaiæ 51. 5. Brachia mea populos judicabunt: me insule spectabunt. Hæc Sodalitii nostri Provincia extitit, ut omnes norunt. Cernis, quàm appositè per Jordanem designetur redundans Societatis nostræ doctrina.

Isai. 51. 5.

A Jesu, uti ab scaturigine sua, omnis Societatis Jesu sanctitas & doctrina.

S. August.

Esther. 10. 6.

Solari fontis similis Societas Jesu.

Societas parvus fons, qui brevi crevit in fluvium, & in lucem solemque conversus est.

nomine illa Malachiæ extat prædictio c. 4. Malac. 4. 2. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol justitiæ, & sanitas in penis ejus. Pro justitiâ ex Hebræo legas, sol puritatis. Quòd autem subdit; sanitas in penis ejus, perinde est atque ipsum Jesu nomen in radiis solis. Jesu enim nomen à sanctitate dictum, aut salute, quæ medicinæ effectus est. Jesus (ait Epiphanius Hæresi 29.) in Hebraica lingua curator appellatur, aut Medicus; aut Salvator. Jesum ergo, tanquam puritatis solem, & luminum fontem, intra se habet Sodalitium nostrum; ita ut meritò de eo dicere possis: Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Unde illud Cant. 1. 2. Oleum effusum nomen tuum. Pro oleum est Hebraicè semen communicans duplici radicali cum semine, id est, sol: ac proinde à nonnullis Hebraicæ linguæ peritis effertur: Sol effusus nomen tuum. Licet enim hoc Jesu nomen, veluti fulgentissimum puritatis sol in universam Ecclesiam orthodoxam, & in Religiosas signatim Familias sit abundè effusus; signatissimè tamen in nostram profusum negabit nullus, qui expendat illam Societatis Jesu appellationem Ordini nostro cælestis inditam, & à summis Pontificibus toties approbatam; eò quòd ipse Salvatoris Jesu vitam in juvenis ad salutem hominibus sibi proponat cum divina gratia peculiari studio sequendam. Ad hanc verò provinciam cum multâ opus sit sanctitatis & doctrinæ puritate; placuit Altissimo, ut tota Societas insignita resplenderet Jesu charitate, ut nihil in illa reluceret præter unum Jesum: qui sol puritatis cum sit, sol in illam ubertim effusus est, ut ipsa extet ubique & semper manalis fons aquæ purissimæ sanctitatis nempe, atque doctrinæ splendidissimæ à Jesu in illam derivatæ, & per illam ad omnes derivandæ.

Cant. 1. 2.

Quæ fulgidum sunt, illa striora apparent in aquis.

Nonnus.

Horatius.

Sic in Societate Nomen Iesu.

Societas ebullit in se Jesu formam solarem.

Cant. 1. 14.

1887 Quis ignorat, quæ fulgida & speciosa sunt, illustriora reddi, ac decoris plus habere ex repercussa ab aquis eorum imagine? Ita Naso 2. de Arte: Aspicias oculos tremulo fulgore nitentes, Ut sol in liquida sæpe resulget aqua. Et Nonnus Dionysiac. lib. 5. de Luna ait: Diceres verò quod apud flumen reciprocum Oceanis Vespertina resplenderet per aquam aucta Luna. Et Horatius lib. 2. Carmi. Oda 5. —Albo sic humero nitens, Ut pura nocturno renidet Luna mari. Sol extat ter augustum Jesu nomen; verum dum se contulit Societati nostræ, in qua manalem Christianæ doctrinæ fontem aperuit; dumque se in his undis diaphanæ perspicuitatis conspicit; illustrius mundo apparet, plusque decoris habere à pluribus existimatur, & creditur. Ipsa verò Jesu Societas ex vicinitate & appropinquatione ad Jesum, tantis solis ebibit radios, Jesu ebibit in se formam. Ut illud non injuriâ cum Sodalitio nostro communicare posse videat encomium, quod sponsæ purissimæ Salomon dedit Cant. 1. 14. Ecce tu pulchra es, amica mea; oculi tui columbarum. LXX. vertunt, Ecce es spaciosa, proxima mea. Oculi tui columbe. Ad quæ verba unum præmitto, unâ nempe & eadem voce Gbaim & oculum, & fontem significari, ut observat noster Prado ad illud Ezechiel. 3. 15.

Et portam fontis edificavit. Ubi vertunt nonnulli, quibus ipse astipulatur, portam oculi. Et juxta hanc oculi, id est, fontis significati- nem explicat ea Isaia 12. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris*, id est, de oculis Jesu, qui perennes omnium bonorum fontes sunt. Subinde liceat sic sponsi verba ex- planare: *Fontes tui columbarum, vel columbae*, in recto pluralis, ut nonnulli volunt. Ac si co- lumbae, vel columbarum fontes dicantur ob pura fluente, quibus columbae gaudent.

1888 Igitur Sodalitii nostri fontes columbae, vel columbarum appellantur, id est, purissimi, clarissimi, limpidissimi. Non aliunde certe nisi à Jesu, cui appropinquat, & vicinissimum est. S. Nyssen. Unde S. Nyssen, quo solet ingenii acumine, sic sponsi verba illustrat. *Quoniam expulso à tergo vitio, expurgata à Verbo anima, solis circum in se suscepit, & simul reluxit cum luce, qua in ipsa apparuit; propterea ei dicitur verbum, pulchra facta es, quae meae luci appropin- quasti, per appropinquationem attrahens dispen- sationem pulchritudinis. Ecce es, inquit, pulchra propinqua mea. Fons est laticis limpidissimi & crystallini Societas nostra, quae solaribus Jesu radiis directè irradiata, solis in se recipit si- militudinem adeo perfectè, ut alterum potes esse solem lucis fontem; cujus sanctitatis & do- ctrinae luminosis lymphis totus irrigatur & col- lustratur Orbis. Verè sol effusus nomen tuum, o alma genitrix sancta Jesu Societas.*

§. III.

Societatis Jesu Sanctitas & Doctrina non sta- gnans, sed jugis, & viva ad omnes.

Optima qua vivit & jugis. 1889 Secunda aquae optimae conditio est, ut viva & jugis sit; non stagnans, situ- que torpens, ut uliginosa paludis aqua, sed quae ultrò scaturiat, & suo quasi nutu move- atur ac fluat, quod argumentum vitae, & viventium opus esse solet. Istiusmodi aquae proprium est, se sponte omnibus, qui ac- cedere volent, largiri liberaliter: neque enim unquam fons viventis aquae sibi conclusum tenet quod ad hominum usum accepit à Deo: ideò à fonte ad benignum & liberalem ani- mum translatio fit. Bellissimè proinde Atha- larius Rex apud Cassiodorum lib. 8. formu- lae 30. *Quia gratiam unda non habet, nisi qua jugiter insluit, & visa semper abscedit: illa enim, quae pulchris rivis exercita ridet, quam deformis est in lacunis? palus enim nec visu grata, nec jumentis accommoda; elementum pulcherrimum quidem, sed cum in naturali puri- tate servatur: sine hac agri squalent, urbes anhe- lla siccitate fatigantur.* Hinc aquarum viven- tium crebra in litteris inspiratis & humaniori- bus commendatio. Cant. 4. 15. Joan. 4. 10. Vide Cerdam in versum 720. Aeneid. 2. *Donec me in flumine vivo abluero.*

1890 Agnosce hinc Jesuiticæ sanctitatis, & doctrinae praestantiam: ad instar jugis & vivae aquae est perennis scaturiginis, non col- lectitia, non clausa, non stagnans. Fons est limpidissimus ubertim effundens quod habet, & quasi viscera sua ultrò omnibus largiens liberaliter; non uni, non paucis, sed univer- sis, sive divitibus, sive pauperibus; sive be- nevolis, sive malevolis; sive Orthodoxis, si- ve Gentilibus & barbaris. Vel me tacente, ipsamet Jesuitarum functiones id demon-

strant. Verè in Sodalitium nostrum ejusque doctrinam, & egregia opera illud cadit Pro- verb. 10. 11. *Vena vitae os Justi.* Hebraice, *Prov. 10. 11. fons vitae os Justi.* Symmachus; *fons vitae os Justi.* LXX. *fons vitae in manu justi.* Dum enim os suum, sive è cathedra, sive è pulpito aperit, fons patet perennibus, vitiferis, sa- lubribusque lymphis manans. Dumque fun- ctionibus aliis in animarum salutem sedulo va- cat, fons vitae apparet in manu ejus, nulli clau- sus, indiscriminatim omnium oculis, & usi- bus propositus. Quis neget? Nonne Jesui- ticæ nostrae Familiae illa est notissima vox apud Isaia 55. 1. *Omnes sitientes venite ad aquas?* Nonne hic Jesuitarum fons in om- nem terram exivit? Pulchrè ac tempestivè Rupertus in id Joan. 7. 37. *Si quis sitit, ve- niat ad me, & bibat.* sic fatur: *Totus fons Apostolorum, clamor erat Jesu invitantis, ut omnes sitientes venirent ad aquas.* Quod abun- dè ipse Jesus praestat per suum hoc Sodalitium, cujus totus fons, clamor Jesu est invi- tantis ad aquas sanctitatis, & doctrinae puras, vitreas, pellucidas. Plato in sua Republica fontem in urbis foro & mediotulio collocari praecipit, ut scilicet omnibus in promptu sit, & communes fontis utilitates ad omnes perve- niant; nimirum ad potum, ad irrigationem, ad aedificium, ad occurrendum incendiis, &c.

Omnia enim fontis emolumenta vicinitate au- gentur; distantia verò plurimum extenuantur. Etenim Societatem nostram in medio urbium, in mediotulio Christianae reipublicae colloca- ri voluit ejus conditor Jesus, ut aequè om- nibus in promptu esset, & ad manum. Non fecerit amat, non suburbia; nullis sepitur limitibus, nullis lineis circumscribitur; sisti- tur fluvis, non clauditur montibus, trans- cendit littora, pervadit maria; per loca om- nia vel longitudine inaccessa, vel fretis di- vulsâ, vel recessibus addita, vel quaquaver- sum immensa, producit, protenditur, expli- catur; ut universis vicinissima sit, in oculis, ad manum, uti fons in foro, in plateis, omni- bus sua munera fundat, impendatque in om- nium usus nitidas suae doctrinae lymphas. Sic nulli non utilissima est; ad potum, quia si- tim extinguit; ad irrigationem, quia virtu- tes alit; ad aedificationem, quia per illam Orthodoxa Ecclesia vel in barbaris nationi- bus extruitur; ad incendia extinguenda vi- tiorum, rixarum, haesum. Illa utique be- neficia in omnes, ejus labor atque industria omnibus salutaris est. Ut sic juxta Salomonis monitum ipsa operetur Proverb. 5. 16. *Deri- ventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide: id est, praedicando aliis insue, Gre- gorius interpretatur.*

1891 Et quemadmodum manalis fontis aqua nunquam deficit, quantumvis fons ubertim effundat quod habet, & aliorum non solum sitim expleat, sed etiam hortos irriget, & fata; quia Deus illi, unde alii perpetuò hauriant, abundè suppeditat; haud aliter Sodalitii nostri doctrina sive verbo, sive scripto expressa & consignata, dum ubertim ad omnes promanat, minimè deficit; imò ea de causa magnis in dies in- crementis cumulatur & augetur à Deo; & quò magis exhauritur, copiosius fluit, & uberi- us manat. Ut enim argutè S. Chryso- st. mus Hom. 3. in Genesim: *Hec spiritualium fluentium natura est, ut hoc magis scaturiat spiritualis*

Societatis doctrina, est ad universos promanat, non deficit, imò plus augetur à Deo.

spiritualis gratia, quo magis inde hauritur. Nonne qui discit, scientia augetur? Certè ex eo quòd alios edoceamus, sapientia auge- mur; discere enim & docere in facris mirè ad- sociantur litteris. Deut. 5. 1. *& discite ea.* Pagninus effert: *& docebitis.* Isa. 1. 7. *Dis- cite benefacere:* Hebraice, *docete.* Pf. 83. *Be- nedictionem dabit lagillator.* Ex Hebraeo S. Hieronymus: *Benedictionibus amicitur Do- ctor.* Chaldaeus, *Benedictione amicitur qui insudant, ut discant legem.* Igitur disci- mus, dum docemus; discentes sumus, dum Doctorum munus gerimus. Rectè Clemens Alexand. 1. Stromatum: *Docens aliquis, plus discit.* Atque adeò nil mirum si Jesuiticæ doctrinae fons tantopere augetur, cum prae aliis omnibus tantopere incumbat docen- dis universis, adhibitis tot doctrinae fun- ctionibus. Scientia distributa (ait Hildeber- tus Cænomaniensis Episcopus Epist. 1.) *si- scipit incrementum; & avarum indignata pos- sessorem, nisi publicetur, elabitur.* Noli ergo claudere rivus doctrinae tuae, sed juxta Sa- lomnem deriventur fontes tui foras, & aquas tuas in plateis divide.

§. IV.

Societas instar optimae aquae adversis agitata, & exercitata semper.

1892 Tertia optimae aquae qualitas assigna- tur, commendaturque ab Athe- naeo lib. 2. ex Hippocrate Medicorum primi- pilo; nempe quòd multum sit exercitata & agitata: *mui quebrada, mui quebrantada:* re- fides enim & pigræ aquae, parum exercitatae & agitatae, noxiae extant. Estne inter Sacros Ec- clesiae Ordines, qui sit, ut Ordo noster, tot ad- versis fuerit exercitatus, validius concussus, dirius agitatus, gravius depressus? In Ignatio protoparente, tamquam rivulus in fonte, ce- pit exagitari, vel antè Sodalitii nostri confir- mationem, Compluti, Salmanticae, Parisiis, Venetiis, & Romae. Post confirmationem sae- pius exagiatum in Italia, in Hispania, in Gallia, in Germania, in Transilvania, in Ori- entali, & Occidentali India. Ubique & semper à multis exercitatum, ab Haereticis, ab Infidelibus, à Barbaris, à quibusdam Catho- licorum zelo affectis non secundum scientiam, sed praesumatò judicio, non cognita causa; vel emulacione raptis lucis alienae impatien- tissimâ. Nec vitae innocentia ulla, nec do- ctrinae puritas tot unquam fuit (ut reor) ju- diciis, quaestionibus, tamque multiplici exa- mine exagitata, ut Jesuitica. Certè quidquid potuit vel invidia obretatione, vel odium malevolentia, vel calliditas dolis, vel audacia importunitate, vel iracundia furore, hoc to- tum ut Societatis nostrae Institutum, & Do- ctrinam opprimerent, collegerunt. Sed quem- admodum fontis aqua à motu, à multiplici agitatione clarior & salubrior esse solet, atque avidius expetitur; non secus Jesu Societas, ejusque Sanctitas, & Doctrina à maledictis ag- gitata, pressa, trita, & clarior caelo, & me- lior sibi, & utilior bonis, & altior Ecclesiae, atque expetita magis exsurrexit. Fateris? Vel invitatus: & cæcus sit qui hæc non videat. Tu videtis *Imaginem primi saeculi Societatis Jesu,* lib. 4. de Societate patiente, & lib. 5. de So- cietate honorata. Et Siracidem audi monen-

tem c. 4. 32. *Ne coneris contra istum fluvium.* Si enim remorari contendas fluvium praeterlabentis impetum, id est, Jesuiticæ Sanctitatis, & do- ctrinae aquas, quae fluunt impetu de Libano, & te obruent mole sua, & ipse clariores, & uti- liores evadent agitatione tua.

§. V.

Societas Jesu gratis sua munera fundit ut fons.

1893 Quarta sit aquae optimae conditio, ut gratis sese in omnium usis ef- fundat. Aqua venalis non est; quod si vena- lis sit, magnæ est siccitatis, & penuriae aqua- rum argumentum. Deut. 2. 6. *Aquam em- ptam haurietis, & bibetis.* Num. 20. 19. *Si biberimus aquas tuas nos, & pecora nostra, da- bimus quod justum est.* Aquae in calidioribus Provinciis Aegypti, & Africae venales erant ob magnam terrae siccitatem, & earum penu- riam, uti Ulpianus indicat in lege Mela. 14. §. ultimo D. de alimentis & cibariis legatis. Audisti illud Christi monitum apud Mat. 10. 8. suos Discipulos ad praedicandum mittentis? *Gratis accepistis, gratis date.* Nonne illum Mat. 10. 8. audisti, apud Isaia 55. sic vociferantem? *Omnes sitientes venite ad aquas; venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione.* Hæc eadem est Societatis nostrae vox, hoc ejus Institutum, suum primum, ac praecipuum auctorem Jesum securæ, & in usum Apo- stolicam animorum sublimitatem revocantis. Quidquid gratis accipit, id omne gratis quoque largitur; rivulos gratiae omnis, pu- raeque doctrinae indigentibus aperiens. Fons est gratis sua munera fundens: prodiga suas sanctitatis & doctrinae aquas sine pretio, sine stipendio ministrat, ultrò offert, imò & quo- dammodo cogit repugnantes. *Munus erit, fontis munere velle frui.* Dicere cum Lactan- tio ipsa potest lib. 3. divin. Insitit. *Apud nos gratis ista sunt, facile, cito, modo pateant aures, & pectus sapientiam sicut; nos a nam non vendimus; neque solem mercede presta- mus.* Hinc purior manalis fontis aqua: unde illud Pauli 2. Corint. 6. 4. *Exhibeamus nos sicut Dei Ministros in castitate.* Ubi Theophyl- etus: *In puritate manuum, absque stipendio.* Probè monebat Rex sapiens Proverb. 23. 23. *Veritatem eme; & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.* Synonyma sunt veritas, sapientia, doctrina, & intelligentia; quae emendae sunt quocumque pretio oblato, sed ab illas possidente gratis impendendae. So- cietas nostra pro veritate, pro sapientia, pro doctrina, & intelligentia comparandis, omnia bona externa profundit, tempus, labores, copias, valetudinem, vitamque ipsam, & quos- libet alios sumptus: sed quaestum ipsa ex do- ctrina, ex functionibus suis minimè facit; gra- tis eas omnibus impendit. Quid, si cum Pau- lo autemet, sed abundantius illis omnibus la- borasse? 1. Corint. 15. 10. juxta Anselmi ex- positionem: *Illi stipendium ab illis, quibus praedicabant, acceperunt; ego autem nihil ab audito- ribus meis accepi.*